**Q**ualiter autem adrumitane civitatis quem uictorianum tunc presulem carthaginiensis potestatem (nescio deficientibus uerbis) quo in africa prius nullus dicitur fuisse. Qui etiam apud impiam regem pro rebus sibi commissis fidelissimus habebatur. mandatur ei a rege familiariter dicitur quod eum habiturus esset pro omnibus si eius precepto facilem commodasset assensum. Sed ille uir dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum. Securum sum de christo deo & domino meo. & hec regi dicatis. Surrigat ignibus. adigat bestias. excruciet omnium tormentorum genere. si consensero frustra sum in ecclesia baptisatus. Nam si hec preces sola uita fuisset. & alia que uere est non sperare eternam. nec ita fecissem ad modicum temporalis gloriari. & ingratus existerem (qui suam michi fidem contulit) creatori. Ad quod tyrannus excitatur. quam tormentorum et quatenus eum afflixerit penis humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians feliciterque consummas. martirialeque coronam accepit. Apud tambadensem quoque ciuitatem gesta quis queat et certamina martirum explicare. ubi duo germani aquisregiensis ciuitatis sibi securi domino inuicem iurauerunt ut rogarent tortores ut una pena parique supplicio torquerentur. Et dum primo suspensio molibus lapidum pedibus alligatis tota die penderent. unus illorum petiuit se deponi et sibi inducias dari. Cuius frater aliter metuens ne fidem negaret. de suspensio clamabat. Noli noli frater. non ita iurauimus christo. accusabo te cum ante

thronum eius terribilem uenerimus. quia super corpus et sanguinem eius iurauimus? ut pro eo inuicem patiamur. Ista dicens et alia confortauit germanum ad plium passionis. Qui clamans ingenti uoce dicebat. Adhuc supplicijs quocumque uultis et peis christianos artate crudelibus. quod frater meus factus est hoc etiam et ego. Quatenus iam lamis adusti sunt igniculis. quatenus simul exarati. quibus cruciatibus torti. ipsa res docet quod eos ipsi tortores a sua facie piecerunt dicentes. Istos imitatur uniuersus populus ut nullus ad nostram religionem penitus conuertatur. Et precipue quia nulli lineros nulla penarum uestigia. in eis penitus uidebantur. **XCI.**

**De illis qui linguas abscissas loquebantur.**  
**I**n tiacensi uero quod gestum est mauritanie maioris ciuitate ad laudem dei dicere festinem. Dum sue ciuitati arrianum episcopum ex notario cirille ad prendas animas ordinatum uisissent. omnis simul ciuitas euectione ualida proximo ad hispaniam confugit. relictis paucis simis qui aditum non inuenerat nauigandi. Quos arrianorum episcopus primo blandimentis postea mimis compellere cepit. ut eos faceret arrianos. Sed fortes in domino non solum suadentis insaniam iraserunt. uerum etiam publice misteria diuina in domo una congregati celebrare ceperunt. Quod ille cognosens occulte cathagini relationem aduersus eos direxit. Que cum regi innotuisset. comitem quendam cum iracundia dirigit. precepit ut in medio foro congregata illuc omni prouincia linguas eis et manus dextras radicibus abscideret. Et spiritu sancto prestante ita locuti sunt et loquuntur. quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus uoluerit esse. pergat nunc constantinopolim. et ibi repiet unum de illis subdiaconum repatum. ob quam causam uenerabilis nimium in palatio zenonis imperatoris habetur. et precipue regina mira cum reuerentia ueneratur. Sed quis congruo sermone possit assequi. aut coaceruare diueritates penarum. quas ex iussu regis sui etiam ipsi uadali in suos homines exercuerunt.

**XCI.** De persecutione que facta est in cathagine.  
**I**n ipsa quoque que gesta sunt cathagine si niteat scriptor sigillatim astruere. etiam si ne ornatu sermonis nec ipsa nomina tormentorum poterit dicere. Que res hodie posita in promptu demonstrat alios sine manibus. alios sine oculis. alios absque pedibus. alios tructos auribus. aliosque nimio suspensio scapulis euulsis caput eorum quod eminare solebat in medio scapularum fuisse demersum. dum iugiter in altis eorum suspensio cruciantes. impulsione manuum funibus agitatis. per uacuum aerem huc atque illuc faciebant. uagare pendentes. qui nonnunquam diruptis funibus de illa altitudine suspensionis ictu ualido corruentes. plurimi arcem cerebri cum oculis amiserunt. alij contractis ossibus spiritum continuo reddiderunt. alij post paululum exalauerunt. Sed qui hoc fabulorum putat animum zenonis legatum interroget. cuius presentia precipue gesta sunt. illa scilicet causa quia ueniens cathaginem sese pro defensione ecclesiarum catholicarum uenisse iactabat. et ut illi ostenderet. tyrannus se nefez formidare. illis plateis ul uicis plures tortores et credeliores statuic in quibus legatis moris est ascendendo ad palatium et descendendo transire. ad opprobrium uidelicet ipsius reipublice. et nostri iam deficientis temporis fecem. Tunc igitur et quedam uxor cuiusdam celarice

regis nomine dagili qui temporibus gēserici multo-  
tociens iam cōfessor extiterat. matrona nobilis ac  
delicata flagellis et fustibus omnino debilitata ex  
ilio arido et niueo relegatē. ubi nullus hominū for-  
te cōsolationis gratia ueniendū haberet accessum  
relinquens cum gaudio domū maritū sū & filiū.  
Cui postea oblatū esse dicit. ut in mitiori heremo  
trāslata frueretur si uellet solatō sociorū. Illa ve-  
ro ingens sibi adesse gaudiū ubi nullus hūanus  
esset cōsolatōnis affectus. ne fieret supplicauit.  
Tunc etiam eugenio pastore iam in exilio cōstitu-  
to. & uniuersus clerus ecclesie carthaginis cede i  
ediaz macerat. fere quingenti vel amplius. inē  
quos plurimi erant lectores infanculi. gauden-  
tes in domino pcul exilio crudeli traduntur.

**XCH.** De factō murita dyacono & incre-  
patione elpidofori.

**E**d tunc dū in media urbe cedere nē. mu-  
ritam dyaconū ceteris liberiozem tacerē  
non debeo. Fuit quidā elpidofori. noīe  
nimiū crudelis & ferus. cui fuerat dele-  
gatum mēbra cōfessorum xpī supplicij grassanti-  
bus laniare. Hic enim fuerat apud nos dudū in  
ecclesia faustū baptizat. quē venerabilis murita  
dyaconus de alueo fontis suscepit generatū. P-  
vero dū apostotaret. tante exitit. feritatis adū?  
ecclesia dei ut supior omnib? executor psecutōis  
fuisse iuentus. Quid mlta. Dū p- p- biteri i sup-  
plicij macerandi ordīe cūcare nē. post archidya-  
conem salutarem apraē penīs memorat. murita.  
fuit enim secūdus in officio ministrorū. Qui euz  
elpidoforo sedente & fremente. honorabilis seni-  
or cepisset extendi. p- p- exueretur clam forte ne  
scientibus cūctis illa quib? eum suscipiens de fō-  
te dudū texerat sabana baiulabat. Quib? uentila-  
tis simulq; in ostensionē cūctozū extentis. in his  
verbis totam ad fletū & lacrimas cōmouisse dicit  
tur cūctatem. Hec sūt lintheamina elpidofore mi-  
nister erroris. que te accusabūt dum maiestas ve-  
nerit iudicantis. custodienē diligentia mea ad te  
stimonū. tue p- ditionis. ad demergendū te in abis-  
sū putei sulphurantis. hec te imaculatū cūxerūt  
de fonte surgentem. hec et acrius psequētur fla-  
mantem gehennā cum cepis possidere quia in diu-  
sti te maledictionem sicut uelimentū. scindens  
atq; amittens veri baptisatis & fidei sacramen-  
tum. Quid facturū es miser. cum serui patris fa-  
milias ad cenam regiā cōgregare cepit inuitatos  
Tunc te aliquādo uocatū terribiliter indignat?  
exutum stolā rex cōspiciens nuptialem. dicit tibi  
Amice quomodo huc uenisti. uestem non habēs  
nuptialem. Nō uideo quod cōtuli. non cognosco  
quod dedi. p- didisti milicie clamidem. quā in tela  
uirgineozū mēbrozum gesto. decem mensib? texti  
et tendicule crucis extendēs aqua mūdauit. et pur-  
pura mei sanguinis decorauit. si cōspicio vultum  
signaculi mei. caractere non uideo trinitatis. Ta-  
lis in te esse non poterit epulis meis. liga te eum  
manib? & pedibus suis funiculis. q se ipm volū-  
tarie separi uoluit a catholicis fratribus suis. Ipe  
funes extendit cōtinuatos in laqueū. quibus & se  
metipm uincit. & alios ne ad istud uenirent cōui-  
uiū impediuit. Iuxta semitam multis scandalum  
posuit. quē nūc cum rubore ppetuo & dedecore  
sempiterno de cōuiuio meo picci. Hec et alia mu-  
rita dicente. igne cōscientie ante ignem eternū ob-  
mutescens elpidoforus terzebat. **XCH.**

**De tormentis exulantū et xij infancium a gre-  
ge seperatozum**

**P**arentes uniuersi igitē dozsa sua verbera-  
bus. alacres ad exilium p- gunt. quib? ad  
huc in itinere longioris uie cōstitutis. d-  
stmanē epīs arrianoz suggerentib? ho-  
mines imifericordes ac uolēti. ut illud quod eis  
forte miseratō xpiana uictui cōtulerat p- futuruz  
crudeliter auferretur. quādo unusquisq; eorum  
libentius forte cantabat. Nud? exiui de utero ma-  
tris mee. nudū etiam me oportet ad exiliū p- gere  
quia dominus nouit esurientibus cibū porrigere  
et in deserto uestire. Nam et wandali duo sub gē-  
senico fidei cōfessores. comitante matre. cōtem-  
ptis omnibus diuitijs suis. cū eisdem clericis ad  
exiliū prexerūt. De multitudīe autem p- gentiuz  
cōfessorū. i. ecclesie carthaginis clericoz. suggerē-  
te quodam ex lectore theucario p- dito. quos ille  
nouerat uocales strennuos atq; aptos modul can-  
tilene. designatōne sua debere dicit. xij. infancu-  
los separari. quos ille dum catholic? esset tūc dis-  
cipulos habuit. Statim illo suggerente sub festi-  
tōne dimittitur. & vi barbarici fuzoris bisseus  
numerus puerorū de itinere uocatur. Segregan-  
tur corpe non spū a grege sanctoz. Qui timētes  
p- p- cū suspirijs lacrimaz. ne diuellerent cō-  
stringebant manib? genua sociorū. Quos uiolen-  
tia tamen heretica mimacib? sepans gladijs. cātha-  
gini reuocauit. Sed dum cū eis quasi cum tali era-  
te non blandicij agere. supiores suis inuētī sūt  
annis. Et ne obdormirent in mortem. lucernā sibi  
euangelici luminis accenderūt. Indignantē ad hoc  
grauiter arriani. et se supatos a pueris erubescūt  
Vnde accensi. subdi iterū fustib? iubent. quos iā  
ante paucissimos dies varijs uerbib? dissiparāt  
Impmūtur uulnerib? uulnera. et rursus pena re-  
stauata crudescit. Factū est domino cōfortante.  
ut nec etas iunior deficeret i dolore. & magis ani-  
mus cresceret roborat? in fide. Quos nūc cartha-  
go miro colit affectu. & quasi. xij. aploz choruz  
cōspicit puerorū. Vna degunt. simul uescūt. p-  
psallūt. simul in domino glorianē. Illis diebus &  
duo negociatores frumentij & alius frumētij ip-  
si eiusdem urbis egregio martirio coronati sunt.  
Tūc & iij. fratres non natura sed gratia in mō-  
sterio cōmanentes. cōfessionis certamine expleto  
imarcessibilem puenerūt ad coronam id est. libeā  
tus abbas. bonefaci? dyaconus. rogat? monach?  
& maxim? monachus. **XCV.** De passione sã-  
cti eugenij carthaginensis epī.

**N**am illo tempe crudelius arrianorum epī  
p- biteri. clenci. q rex & wandali seuiebāt  
Nam ad psequendū ipsi cum suis clericis  
vbiz gladijs accincti currebant. sicut quidā ep?  
inter illos ceteris crudelior. anthonius nomine q  
tam nefaria & incredibilia in nostris exercuit. ut  
narrari non queant. Fuit iste in quadā ciuitate p-  
xima heremo. que tripolitane puincie uicinatur.  
qui ut bestia insatiabilis catholicoz sitiens sāgui-  
nem. huc illucq; ad rapiendū rugiens excurrerat.  
Nam impius honoric? sciens ferocitatem antho-  
nij. in ipsis heremi ptibus uoluit sanctū eugenij  
relegare. Quem dū custodiendū anthonius acce-  
pisset. ita eum artiozi custodia cūxit. ut nulluz ad  
eum introire pmitteret. insup varijs insidiar atq;  
penarum supplicij extinguere cogitaret. Sed eu-  
genius sanctus dum nostre psecutōis defleret

icōmoda. & alpeitate ciliici senile attereret corp?  
nuda mōz sup humū cubitās stratū sacci irrigaēt  
imbribus lacrimarū. aliquādo sensit infestū palis  
morbum. quo nūcio in gaudiū cōuersus. arrian?  
pigit festinus ad cubile exilij hominis dei. Et cum  
utderet arcente passione uerū pontificem balbuti  
entia uerba pducere cogitauit simul extigūe quē  
supesse nolebat. Precepit igitur ut acetū aspū ni  
mūq; & acerrimū quereretur. Quod cū fuiss; al  
latum. venerabili seni recusantib; & nolentibus  
faucibus ingerebat. Nam sicut cōmunis domū?  
quī ad hoc uenerat ut potaret cū gustasset noluit  
bibere. quātomagis iste seruus & cōfessor fidelis  
omnino nollet nisi heretica feritas ingessisset. Ex  
quo accepto pferim illi passioni noxio. morbus  
accepit augmentū. Cui pietas xpī misericorditer  
subueniens. postea salutem exhibuit. **XCVI**

**De passione sancti abdimer epi & ceterorum.**  
**A**lio autem epō nostro abdimer similiter  
relegato ad lunensis ciuitatis in qua an  
thonius fuerat. quātum potuit infesta  
ri res ipa demonstrat. Nam cum diuersis eum p  
secutōnibus affligeret. nec posset facere arrianūz  
videretq; xpī militem semp in cōfessione cōstātez  
pedibus maibuz ligatis uiculis ingentib; ozeq;  
oburato ne lingua clamaret. aquā corpī ut puta  
bat rebaptisatōnis spgit. quasi ualere cōficientiā  
ligare cū corpore aut non adesset qui audit gemi  
tus cōpeditoz. & cordis secreta rimat. vel supra  
re posset aqua mendax tante uolūtatis ppositum  
quod iam homo dei lacrimis miserat ligatū in ce  
lum. Exiit statim uirū uinculis. et tali quasi gau  
dens uoce psequitur. Ecclesie nostre frater abdi  
mer xpianus effectus est. Cui abdimer. Illa est im  
pie mortis athoni dānatio. ubi uolūtatis tenetur  
assensio. Ego fidei mee tenax uocibus cōfites cre  
bris. quod credo & credidi clamabo defendi. Et  
et postea q; cathenis uinxisti. & ozis ianuam opi  
lasti. in ptorio cordis mee uolentē subscribenti  
bus angelis gesta cōfecit. & lectūanda imperatorū  
meo trāsmisi. Erat generalis quidem ista uiolen  
tia tirānozū. Nam wādali p hac re ubiq; fuerāt  
destinati ut trāseūtes itimera sacerdotib; suis ad  
ducerent iugulandos. Non licebat siue puatis si  
ue negociatorib; alicui trāsire nec aliquid emere  
uel uendere. nisi qui haberet. caracterem bestie i  
fronte sua & in manu sua. Nam et epī atq; p̄sbite  
ri illozū cum armatozū manu nocturnis tempibus  
uicos ul opida circūbant. & sic de spicatis posti  
bus ianuaz. aquā gladiūq; gestātes aīarum p̄do  
nes intrabāt. Et quos domi repererāt alios forte  
in lectis soporatos. igneo imbze atq; flumino re  
spgētes demonica uociferatōne xpianos suos ip  
sos parit uocitabāt. ut ludū potius sue hereseos.  
q; aliquā religionem ostenderent. In quo mīn? ca  
paces et ignaui impletū in se pollutōnis sacrilegi  
um imputabāt. prudentōres uero nichil sibi quod  
nolentibus atq; dormientibus ingestū est. obesse  
gaudebāt. Nā et multi eadem hora cinerem suis  
capitibus iniecerūt. alii sese uel quia factū est ci  
licio lugubzi texerūt. nōnulli ceno fetido linierūt  
et lintheamina uiolenter iposita a pfidis cōciderūt  
atq; i latrinis fetidifq; locis manu fidei p̄cicerūt.  
Tali uiolentia nobis uidentibus ibi carthagiē fi  
lius cuiusdā nobilis annoz circiter. vii. iussu ciril  
le a pentibus sepatus est. sine uerecūdia matrona  
li matre solutis crimibus post raptōres tota urbe

currēte. damās ut poterat xpīā? sū. xpīā? sū p̄ lā  
ctum stephanū christianū sū. Cui et os obturan  
tes infontem infantia in suum gurgitē dimerferūt.

**XCVII. De cōstantia liberati et uxoris ei?**  
**T**a dō medici filius uenerabilis liberati fa  
ctum esse p̄batur. Nam iussu regis. cum  
uxore et liberis ad exilium mitti iubetur  
cogitauit impietas ariana a pentibus puulos su  
os separi. et per pietatis affectū uirtutem p̄ster  
nere genitorū. Dissingūtur a pentibus tenera pi  
gnora filiozū. Qui cū uellet liberatus lacrimas  
mittere. auctoritate uxoria increpatus. i ipō me  
atu extus sui ilico lacri me siccauerūt. At enim  
et cōiūx. Et p̄pter filios liberate p̄diturus es ani  
mam tuā. cōputa eos non fuisse natos. Nam et ip  
sos uindicta rus omnino est christ? Nōne uides  
eos clamātes et dicentes. xpīani sumus. Sed hec  
mulier que in cōspectu iudicū egerit. tacendū nō  
est. Nam cū ipsa uel maritus licet seorsū carceris  
custodia tenerent. ita ut se penitus non uiderent  
mādatū mulieri dicitq; illi. Solue iam duriciam  
tuam. ecce uir tu? paruit imperio regis. et noster  
factus est xpianus. At illa. Videā illum. faciā et  
ego quod uoluerit deus. Educta igit de carcere  
inuenit uirum suū stātem cum ingenti multitudie  
p̄tribunalibus cōnexum. et uerū estimans qd̄ sim  
xerant inimici. iniecta manu apprehendēs uelime  
tozū eius gutturi p̄xima. uidentib; omnibus sus  
focabat eum dicens. Perdite & rep̄be. gratie dei  
et misericordia ei? indigne. quare uoluisti ad mo  
dicū gloriari. et in eternū p̄ire. Quid tibi p̄uenit  
aurum. quid argentū. Nūquid liberabūt te de ca  
mino gehenne dixit et alia multa. Cui maritus re  
spondit. Quid pateris mulier. Quid tibi uidetur  
aut quid de me audire forte potuisti. Ego in noie  
xpī catholicus p̄maneo. nec aliquādo amittere po  
tero quod teneo. Vbi heretici mendaciū sui cōscij  
et detecti fallaciam suam colorare minime pote  
runt. Et quia superi? de uiolentia imanitatis eoz  
breuitr diximus. hanc plurimi metuentes. alii se  
in spelūcis. alii in desertis locis uiri uel femie nō  
lo sibi cōficio sese claudebāt. et ibidē nulla succur  
rente sustentatōne cibozū fame uel frigore victi  
coneritum et cōtribulatū spūm exalabāt inter hec  
afflictōnis incōmoda inuiolate secū fidei securita  
tem portantes sic enim crescorius p̄sbiter mizerta  
ne ciuitatis in spelūca quizenis montis reperit? ē  
puerescenti cadauere iam solutus. **XCVIII**

**De angustia famis in africa et in egiptu hono  
rici tiranni.**

**E**t tempestate facta ē incredibilis famis  
et cepit africam totā una depopulatōne  
uastare. null? tunc affuit imber. lurida  
remanerat terre facies omnis. quia nec boues s̄b  
erant nec castra usq; omnino remanserant. sed et  
rusticozū manus alia interierat. et subinde q; for  
te superat iam sepulturam querebat. Alii diffusi  
p̄ campos. alii secreta silue petebant antiquas ra  
dices herbarum uel quisquilia aliqua requiretes  
Nōnulli tñ cū domos nitēneur ingredi. in ipso  
limine corruentes cater uatim fame debellāte cad  
bant. Strate uero uel semite cadaueribus reple  
te. exalantium fetore mortuozū gradientes uiuos  
ex omni pte necabant. nec deerant quotidie ubi  
q; expirantium funera et non erat uirtus q; mise  
ratōnis impenderet sepulturā. Neq; enim suffici  
ebāt ad sepeliendum uiui fame dominante. et ipsi



post paululū moriēri. **V**irgeba ē ifelix multitudo ad ipsam urbem carthaginem cōgregari. **E**t dum adhuc cateruatim illuc exāta cadauera fluerēt ubi rex inferendarum mortūz vidit strages. peli urbe omnes ilico iubet. ne cōtagio deficientiū cō mune paret etiā examini eius sepulcrū. **S**igibertus in cronicis. Tandem honoric? iudicio dei percussus. scatenz vermibus miserabiliter expiāuit. **P**ost quem guntheramūdus annis. ix. regnat. & hic eugenium ep̄m ab exilio reuocat. **XCIX.**

**De regno ytalie et cathalogo regum ipsius.**  
**T**empore zenois odoazet rex ytalie pheleteum regem rugozuz bello oppressū extinguit. Huic pheleto & uxore ei? gise. factus seuerinus hec futura p̄dixerat. quia eos a malis cōpescere non poterat. **E**xterminatis autē rugis longobardi rugilā. i. rugorum patriā. inuadūt. quibus. tūc tempis quint? rex gudeoch p̄m apabat. **Q**uia ergo longobardoz mentionem fecimus. quoz tēpora p̄pter ignozatā historice narratōnis distinctōnem nondū attigimus. iā nunc narratōnem eozū ordiamur & paulatim ad plenā & distinctā eozum historiā ascendere nitamur. **H**orū itaq; post iboz et agion p̄mus fuit rex agelmūdus. secund? lamisso hic dictus q̄ a lama. id ē uozagine fuit extractus. **N**az mater eius septem u no ptu enixa. cum eos in piscinā picisset. et rex agelmūdus iter faciēs eos hasta reuolueret. is ha stā eius firmiter tenuit & ab eo nutrit? eo virtutis p̄cessit ut i igno succedēt ei necē ei? i burgaē uetus sit. lethus tercius. hildeoch quartus. gudeoch quintus fuit. **E**x quo ergo in rugilā p̄fecti sūt usq; ad annos. xl. talis fuit rerū gestarū eoz con sequentia. **S**ub gudeoch & filio eius claffone rege sexto in rugila habitauere. **S**ub taccone septio rege in campis affed habitauere. ubi tercio anno rodulfo heruloz rege a taccone p̄pto. & regno herulozum destructo. longobardoz creuit potē tia. **T**aconem uuacho p̄mit. & ipse octau? igna uit ānis. xl. secūduz cronicas. filiūq; suū walthe rich successorem regni reliquit. qui regnauit ānis septem. **P**ost hunc andohin. xvij. **A**lbuin? filius eius. xxxi. s. xxv. in p̄nonia. & vj. in ytaliam. **C**leb. ij. **P**ost quem fuerūt sub ducibus annis. x. **P**ost hoc Auctari regem sibi statuerūt quem ob digni tatem flauium appellauerūt. a quo omēs dinceps longobardoz regis flauij appellati sunt. **H**uic āni vj. ānotantur. **A**rgilulfus. xxv. adaloldus fili? eius. xij. **R**ocharich. xvj. **R**odoaldus fili? ei? v. **A**riperch. ix. **H**uius filij de regno contenderunt anno. j. **Q**uozū godobertū grimoardus dux taurinatuū dolo pemit. eiusq; regnū arripuit. & sororem eius uxorem duxit. ac regnauit ānis. ix. **P**ost hunc percarich alter filius ariperch ānis. xvij. **C**uniperch filius eius. xij. **C**ui successit fili? eius lui perch habens tutozem ausp̄adiū. **Q**uē regūbertus dux taurinensiu in bello supra uic & regnauit anno. j. **Q**uo mortuo ariperch filius ei? annis. ix. **C**um quo ausp̄adus cōsiliū. eoz fugiente & in fluuiū dimerso regnum recepit. **S**ed eo post tres mēses mortuo lui p̄adus filius eius reguit. ānis xxxij. **R**afcis septē. **Q**uo monacho effecto aistulfus frater eius ānis. vij. **Q**uo iudicio dei percusso desidenus regnauit xviii. annis. in quo regnum finitum est sub karolo magno sicut infra dicitur. **H**ec de regno lūbardoz. **T**empore quoq; zenois fame inualescente in burgūdia. senator ecclius

quatuor milia paupes sustentās celestis p̄missio nis uocem audiuit. **C. De factō remigio remensi archiepiscopo.**

**Q**uoq; tempe claruit in galliis fact? remigius remensis ep̄us. **E**x gestis eius. **C**um enim quondā p̄secutō wādaloz totā frāciā grauiter deuastasset. quidā reclusus vir factus cū sepissime orasset p̄ pace facte ecclesie. quadā nocte diutius uigilans tandē fatigat? leuiter obdormiuit. & subito nutu dei uisū est ei q̄ angelis interesset. **Q**ui cum ex pietate de suc cursu gallicane ecclesie loquerentur. uenit uox ad eos dicens. **M**ulier illa cilmia nomine pariet filiū nomine remigiū qui gentem suā liberabit ab icursu maloz. **S**tatim ille euigilans ad domum cilmie cucurrit. & quod audierat nūciauit. **C**ui non credenti q̄ iam anus ex marito sene cōcipe posset. respondit. **S**cias q̄ cum ablactaueris puerū. pūget oculos meos de lacte tuo. & recipiā uisum. **N**am ut meritū illi accresceret sicut & tobie. oculoꝝ lumen amiserat. **S**ic q; factū est ut p̄dixit. **L**iteris itaq; tradit? p̄cito puer potuit reclusus. **I**nteruit. **E**t cum. xxii. esset annoꝝ. ab omni populo archiep̄us remensis electus est. imo potius rap? **S**ed cum reniti conare? descendit subito radius noui luminis sup eius verticem. ac si sol ipse de celo motus sup eum cecidisset. **Q**ui cū ante & post omni uirtute polleret. tāce māuetudinis fuit q̄ etiam ad mensā eius passerēs ueniebāt. & in manu eius cibozū reliquias comedebāt. **Q**uodam autem tempore cum parrochias circūiret. hospitatus est in domo cuiusdā cognate sue. **E**t dum ad inuicē loquerent. famulus dom? consuluit domina sua. q̄ caupo totū iā uinū uēdiderat excepto modico qd p seruando uase retinuerat. **V**idens ergo beat? remigius illam erubescens. cognita causa p̄for tauit eam. & statim in uiridariū quasi sp̄at. ar? exiuit. et ueniens āte hostium cellariū intrauit & si quid haberet uini quesuit. **E**cce inquit famul? modicū quod remāsit. **E**t ille **C**laude inquit hostium. et sta ibi donec reuertar ad te. **E**t p̄gēs retro doliū. fecit crucem sup illud. **C**ūq; flexis genib? oraret. statim uinū p būdonem egreditur. ita q̄ p mediū cellariū fūdebat. **Q**uod uidens famulus exclamauit. et cucurrit ad dominā suā. et hoc qd uiderat nūciauit. **C. De gelasio papa et scriptis et statutis eiusdem. Sigibertus**

**Q**uotempore gelasius romane ecclesie. xviii. p̄sudet. **H**ic manicheos rome inuentos in exilium deportari fecit. et codices eoz in cendit. **H**ic tractatus et himnos cōposuit. **H**ic iē cetera. sacramentoz p̄fatōnes et oratōnes. cauto et limato sermone fecit. **E**x libro pontificali. **H**ic amator pauperū clerū āpliauit. et a periculo famis romā liberauit. **S**cripsit contra nestozū & uicē libros quinq; contra arriū. ij. **F**ecit etiā hī nos in modū facti ābrofii. & sacramentozū p̄fatō nes. et multa alia. **S**edit ānis quatuor. **H**ic sug gestione sinodi cum fletu sub satisfactione libelli p̄gatū mesenū ep̄m reuocauit. quē ecclesie sue restituit. **S**epultus est autem in basilica beati petri xij. kl. decēb. **A**ctor. **I**dem etiā cū multis ep̄is ut in decretis ysidori legitur. decretū cōposuit. in quo libros quosdā tanq̄ autenticos app̄bauit. alios uero tanq̄ apocrifos reprobauit. **Q**uod uide licet decretū in capite huius operis michi inserere placuit. ut hoc totū op? ex diuisis libris collectū

qui legeret. in ipso capite operis quid esset apocri-  
fum et quid autenticum discernere posset. Idem ge-  
ladius in quodam decreto negociationem clericis  
interdixit hoc modo. ut ex ipso decreto breuiter  
excerpsi. Nup ad nos missa relatio nunciat plurimos  
clericorum negociationibus inhonestis et lucris  
turpibus imminere. nullo pudore cernentes quod dominus  
ipse negociatores e templo verberatos flagellis  
expulit. nec apostolica uerba quibus ait. nemo militans  
deo implicat se secularibus negociis. psalmistam  
quoque surda dissimulantes aure cantantem. quoniam  
non cognoui negociationes inuocabo in potentias  
domini. Proinde huiusmodi postea questibus in-  
gnis nouerint abstinentium. et ab omni cuiuslibet  
negociationis ingenio vel cupiditate cessandum.  
aut in quocumque gradu sint positi mox a clericali  
officijs abstinerere cogantur. **CH.** **De inuen-  
tione cripte sancti michabelis in gargano monte.**

**Hugo floziacensis**

**H**oc etiam tempore cathedre romane ec-  
clesie gelasio papa presidente facta est in-  
uentio sancti michabelis archangeli. in gar-  
gano monte. sub zenone impatore. anno incarna-  
tionis dominice quadringentesimo septuagesimo.

Ex historia eiusdem memorie. Est enim locus  
in campanie finibus. ubi inter sinum adericum & mo-  
tem garganum ciuitas sepontus sita est. in qua fuit  
prouisus quidam nomine gargan. qui ex euentu suo  
monti uocabulum indidit. Huius pecora dum per de-  
uexi montis latera pascerent. contigit thaurum gre-  
gis spiritem consortia singularem incedere solitum  
& ad extremum redeunte pecore domum non esse re-  
gressum. Quem cum dominus cum seruis per deuia quoque  
requireret. inuenit tandem in uertice montis for-  
tibus spelunce cuiusdam assistere. iraque promotus eo quod  
soluagus incederet. correpto arcu appetijt illum sa-  
gitta toxicata. que uelut uenti flamme retrota eum  
a quo missa est percussit. Turbati ciues & stupefa-  
cti nec audentes propius accedere. consuluerunt epis-  
copum quid facto opus esset. Qui indico triduo  
ano ieiunio a deo monuit esse querendum. Quo per  
actum sanctus michabel archangelus domini appu-  
it episcopo per uisionem dicens. Ego sum michabel qui  
in conspectu domini semper assisto. locumque hunc in ter-  
ris incollo. & hoc uolui probare modo uidelicet ho-  
minis telo suo percussit. me omnium que ibi gerunt. ip-  
sius quoque loci inspectorem esse atque custodem. Hac  
reuelatione cognita consuetudinem fecerunt hic domi-  
num precibus & factum michabel deprecere. Nec  
tamen ultra criptam pruptam intrare audebant. sed  
per foribus quotidie orationi vacabant. Est igitur in  
loco illo ecclesia. ipsius archangeli & opere condita  
& nomine consecrata. Hanc enim ad premerendam  
mortalibus ibi supnoium ciuium societatem. propria  
manu condere dignatus est. uertice siquidem mon-  
tis excelsi posita. de corpore eiusdem saxi instar spe-  
lunce excauata ostendit. Ibi cum neapolite paga-  
nis adhuc ritibus oberrantes. sepontinos tempore  
rent bello lacerare illi antistitis sui monitis edo-  
cti triduo petunt inducias. ut triduo ieiunio li-  
ceret sancti michabelis implorare presidium. Ecce  
iam nocte que belli diem precedebat. adest in uisio-  
ne sanctus michabel antistiti. preces dicit exauditas  
uictoriam affuram spondet. & quarta hora di-  
ei hostibus occurrendum premonet. Quod cum fieret  
in primo belli patu garganus imenso tremore con-  
cutitur. fulgura crebra uolant. & caligo totum mon-

tris cacumen obducit. impleta prophetia que dicit.  
Qui facit angelos suos spiritus & fugiunt pagani.  
primum ferro hostium primum igniferis impulsis sagittis.  
neapolim usque cedentibus aduersarijs. Memia tan-  
dem urbis sue moribundi submerant. **CH.**

**De inuentione sancti barnabe et uiris illustri-  
bus illius temporis. Sigibertus.**

**E**o tempore barnabas apulus qui apud sa-  
lamiam cipri a bazien mago et a iudeis  
per christo igne crematus est. corpus suum  
quod a iohanne marchio cofobzino suo in-  
cripta occultatum adhuc latebat. reuelatione sua in-  
ueniri fecit. Cum quo etiam euangelium mathei ipsi-  
us mathei manibus hebraice scriptum. quod erat si-  
mul recoditum inuenitur. Quod euangelium ipse bar-  
nabas ex doctrina apostolorum secum semper ferre so-  
lebat & ubicumque inueniebat infirmos ponebat il-  
lud super illos. Et tunc fide barnabe quod merito mathei  
omnes sanabatur. Hoc quoque tempore flozuerunt  
in gallia sanctus remigius remensis episcopus. et etiam  
sanctus precipuus frater sancti remigij suessionis  
episcopus. & sanctus auitus uinnensis episcopus. qui  
gallias ab arriana heresi defendit. Hic metrica de-  
coditione mundi libros composuit. Sanctus quoque  
solensis carnocensis episcopus claruit. qui in predi-  
cando fratris christum non segniter istitit. In africa  
fulgentius episcopus ruspensis. in ytaliam germanus.  
capuanus. et epiphannius cimenus. **Acto.** Iste  
germanus capuanus quate perfectiois fuerit pillo-  
solum miraculum de transitu eius patet. in quo beatus  
benedictus eius animam uidit ad celum in spera ignea  
ferri. Que autem de fulgentio legi hic breuiter  
inferui. **CH.** **De origine sancti fulgentij ru-  
spensis et eius monachatu. Ex gestis eius.**

**F**ulgentius natus est ex fulgentio patre  
et matre martiana in tellepte ciuitate. de  
nobili genere carebaginensium senatorum.  
Quem primo mater sua fecit erudiri gre-  
cis literis. et nichilominus de latinis donec in grecis  
eruditus esset a puero adule factus est peruenit.  
Cum autem legisset expositionem beati augustiniani  
de psalmo. xxxvi. cepit uelle monachum proficere.  
Potens est inquit deus uolenti dare facultatem  
qui nolenti tribuit uoluntatem. factus est monachus  
a beato fausto episcopo. qui per fide religatus ab ho-  
noico arriano in loco suo monasterium sibi construxit.  
Quo audito. cucurrit mater ad eum clamans ad  
faustum. Redde michi filium meum. Ille autem con-  
tumelias eius irridens. nec saltem uidentis filium li-  
centiam ei dedit. Post hoc fulgentius de nimia ab-  
stinentia obsessus est impetigime. Qui per hoc se cul-  
pantibus aiebat. Infirmatur etiam illi qui quotidie  
cibus lautioribus saginantur. Iterum expulso exi-  
de fausto accepta licentia petiit uicium monas-  
terium. ubi felix preerat paucis. sed simplicibus  
fratribus. a quo statim coactus est abbas locum  
tenere. Et quia se dilexerant ab adolescentia. aliter  
sumpsit nomen alterius. Trahebatur postea hi duo  
a quodam presbitero arriano felice nomine. faculta-  
tibus locuplete. Dumque fulgentium factum verbera-  
rent. ait felix. Parcite queso frater fulgentio qui non  
potest tormenta sufferre. conuertat in me crudeli-  
tas uestra. Tandem presbiter illos decaluatos et  
uestibus ablatis. nudos et imanes a domo sua pie-  
cit. Cuius multi dicerent fulgentio. ut queremo-  
niam faceret de presbitero qui eos ceciderat. respondit  
Non licet in hoc seculo. querere uindictam christiano

Nonne deus quomodo seruoꝝ suoꝝ defendat iniurias. Post hoc ad monasteriũ suũ reuersus est. et iterum inde fugit ad aliud districtioris regule ubi nomen posuit abbatis. Ibi duo senes presbiteri. abbatibus officio fungebantur. Quibus se subiiciens fulgentius scriptoris arte laudabiliter utebatur. & palmarum folijs flabellis sepius cõtexebat. Cui operi etiam cum fuisset abbas in suo monasterio vacabat. Sed coactus est per faustũ episcopũ. ad propriũ redire locum. **CV. De episcopatu eiusdem et exilio.**

**F**actus autem postea episcopus ruspensis. prius positum tam in ueste quam in cibo retinuit. cõtentus una vilissima tunica tam in estate quam in hieme. & nec inter hospites manducans. Oratio sicut omnes episcopi non utebatur. pellucidũ cingulũ gestabat. Caligis in tempe hiemalibus estatis tempe simpliciter utebatur. Intra monasteriũ soleas iterũ accipiebat. Sepe nudis pedibus ambulabat. Casulam preciosam vel supbi coloris nec ipse habuit. nec monachos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactimio pallio circumdata incessit. Scapulis nudis nunquam a nobis visus est nec depositio cingulo somnũ petiuit. In tunica dormiebat. in ipsa sacrificabat. & in tempore sacrificij mutanda potius corda quam vestimenta dicebat. Carnes cuiuslibet generis nunquam comedebat. sed simpliciter olera putanas & oua. Quãdiu iuuenis fuit sine oleo. postquam senuit supfusio oleo. ne caligo oculorum lectõnis impediret officium. & a vino tamē sanus semper abstinuit. quod cum propter infirmitatem biberet. sic obruebat aqua ut vinũ rix sapet. Sæper autem fratres surgebat ad uigilias. Post hec missus est in exiliũ apud sardiniam. lxx. & amplius episcopi cum eo cathena ligebatur exilij. Quorum omnium ipse lingua & ingenium erat. & sicut beatus aurelius carthaginensis episcopus inter sua privilegia meruit ut literas in africano concilio dandas. solo ipse scriberet. similiter iste ut literas in illo dirigendas solo ipse diceret. inuitatus est carthaginem a traianemudo rege arriano. Cui idem rex quodam plena perfidie scripsit. quibus ille capitulatum respondit. Fecit ad eum & tres libellos. quibus pinta episcopi arrianus inderere uoluit magis quam ualuit. Contra quem fulgentius postea scripsit librum. quem titulauit aduersus pintam. Mirabilia facere nunquam delectatur. hanc gratiam sibi dari nullatenus desiderauit. **CVI.**

**De iterato eiusdem exilio et regimie monasterij**  
**Q**uã secundo mittere in exiliũ. dixit uiliteo viro religioso nimis dolenti de illius recessu. quod cito reuertere. Et addidit. Hoc queso secretum sit apud te. quod me nimia caritas indicare compellit. Dicebat enim. Mirabilia non conferunt homini iusticiam. sed hominum noticiam. que magis fugienda est quam querenda. Quisquis enim fuerit hominibus notus. nisi fuerit iustus. ad eterna pueniet supplicia condempnat. Iustus autem in aspectu dei & si hominibus fuerit incognitus. Beata actorum gaudia percipiet coronatus. Item dicebat. Ut monachus lautioribus forsitan cibis utatur. interdum cogit infirmitas corporis. Ve autem cupiat in quibuslibet exiguis rebus iuris proprii dominium uendicare. superbe uoluntatis & auare cupiditatis euidentis testimonium est. Item de substantia communi quisquis aliquo pro parte accipit. omnium sit debitor quorum est illa suba debitorum uero sola iuuat humilitas. Item ueri monachi sunt. qui iustificationis uoluntatibus suis patitur

nihil uelle. nihil nolle. sed abbatis tantum modo consilia uel precepta seruire. Si quis autem presumpsisset plus quam accipere petere. negabat continuo etiam si mereretur accipere. dicens monachum his que accepit debere esse contentum. Sine suo autem consilio nec suum propositum sinebat aliquem agere. laborantes fratres & opera carnalia indefessis uiribus exercentes. lectõnisque studium habentes minus diligebat. nec honore maximo dignos iudicabat. Amator autem scientie spiritualis. etiam si uirtute corporis esset destitutus. ab eo peculiariter amabatur. Amabat quando coram fratribus disputabat. si quis ei questiones acerrimas proponeret in quibus laborabat. licebatque passim omnibus fratribus etiam natura simplicibus unum uellent interrogare. nec propter satisfactum sibi cõfiterentur. rationem reddere uictus tedio uel labore cessabat. Scripsit contra faustum episcopum gallicarum qui occulte consentiebat pelagianis. apertus uolens catholicus uideri. Cum autem reuocaretur ab exilio tam deuote a populo susceptus est. ut de suis pallijs super eum extensis nouum genus tabernaculi facerent. Egresso illi de carthagine. obuius occurrebat ubique populus cum lucernis & lapidibus & arborum frõdibus. **CVII. De institutione cleri & tractatu eiusdem fulgentij.**

**U**mmã diligentiã prebuit. ne quis clericus abiciolis uestibus ornaretur. aut negocijs secularibus occuparetur. iussit omnes clericos non longe ab ecclesia domos habere. manibus proprijs ortum colere. psallendi suauiter & pronuntiationi curam gerere. per singulas septimanas omnes clericos & uiduas & quicumque potuissent ex laicis. iiii. & vi. feria statuit ieiunare. In concilio uimense iudicio omnium sacerdotum qui conuenerunt. prelatus est episcopo cuiusdam nomine qui uult deo qui prorem se illius confirmabat. Tunc autem tacuit ne auctoritatem concilij minuere uideretur. Sentiens autem post concilium dolere episcopum. timensque propter suum honorem generare facti scandalum. melius iudicans per caritatem se fieri mitem. quam sine caritate maiorem. exegit postea precibus importunis a suphecano consilio ut nomen suum postea recitaret. Bonifacius episcopus carthaginensis apud burnos ecclesiam dedicans. duobus diebus se parte sermonem tractante expectauit tantum delectatus in uerbis eius ut tandem lacrimis terram rigaret donec ille sermonem finiret. Anno uero ante mortem suam ecclesiasticas occupationes reliquit. & a suo monasterio secrete recedens. in insulam circamã in quodam scopulo breui cui nomen est chilmi habitauit. ubi edificato monasterio deo uacauit & sibi. Infirmatus est acerrime. lxx. diebus. et hoc solum dicebat. Domine da michi modo hic peccentiam. postea indulgentiam. Suadentibus medicis. ut balneis uteretur. non acquieuit dicens. Numquid balneis poterunt facere. ut non moriar in tempore suo homo mortalis. Moriens circumstantibus fratribus dixit. Ego fratres animarum uestrarum salutem prospiciens. molestus apud uos forsitan & difficilis extitit. & ideo obsecro uos ut ignoscatur michi quisquis aliquid dolet. Iussit autem egenibus pecuniam dari. pro seipsum memoriter recolens uiduarum pupillarum pegrinorum contractorumque illic indigentium nomina. quibus. quid. cui. sigillatim daretur propria deliberatione constituit. Obijt kal. ianuarij. anno episcopatus sui. xxv. uite. lxx. **CVIII. De scriptis eiusdem.**

**Actoz.**

**S**cripsit autē idēz fulgenti? opuscula nō-  
nulla ad edificatōnem ecclesie utilia. Si  
quidēz edidit ad eucimū de remissio-  
ne peccator. li. ij. Ad donatū de fide. li. j. De mi-  
sterio mediatoris. li. iij. Ad mominū de predestia-  
tōne & quibusdā alijs questionib? li. iij. Respon-  
sionū cōtra obiectiones trasamūdi regis arriani.  
li. j. De cōtinentia cōiugatorū seruanda post vo-  
tum. li. j. Ad pbam d virginitate & hūilitate. li. i.  
Ad eandem de oratōne & cōpūctōne. li. i. Ad eu-  
gippū de caritate. li. i. Ad theodorū senatorē. li. i.  
Ad uenāciam de penitentiā & indulgentia. li. i.  
Scripsit & sermones nōnullos. p̄cipueq; de nati-  
uitate domini ac de solēnitāte beati stephani pro-  
thomartiris pulcherrimos. Et de his omnib? opus-  
culis eius plura quidē notabilia dicta excerpti-  
que et opusculis nostris p̄ loca diuersa inserui. Hic  
tamen etiā pauca de quisdā eoz ad eius eloquiū  
cōmendationem inferere volui.

CIX

**Exhor-**  
tatio ipsius ad sanctimonā vite vidualis.

**Fulgentius ad gallam de uidualitate seruanda.**

**D**ost obitum temporalis mariti. omnes in  
corde tuo reliquie debent mūdane cogi-  
tatōnis extingui. **H**abitus quoq; tu? tal-  
is sit qui non ad lasciuā excitet. sed ad cōtinentiā  
puocet. **N**ec queras ut placeas oculis hominum  
sed ut xp̄i non offendas aspectū. Ille in te qd dili-  
git uideat. quod dedit inueniat. quo delectet ag-  
noscat. **S**it oratō crebra. in cogitatōe sancta. &  
operatōne cōtinua. **O**ratō nanq; est in cōspectu  
dei. omne bonū opus quo delectat nullo indigēs  
deus. **R**eflectōne tua non uoluptas expleatur. s;   
infirmitas sustentet. **D**isce nichil tibi assignare d  
nobilitate generis. sed in eo te illustrez fieri agno-  
sce. in quo uirtus accrescit humilitatis. **V**olūtari-  
um ieiunium tuū esuriem subleuet indigentium.  
ut in fructu misericordie tuoz possit ieiuniorum  
fecūditas appere. **P**rofit etiā tibi uilitas uestiu  
& p̄ te uestiat nuditas paupū. **T**unc enī uilitē fu-  
gies p̄ciosē uestis ornatum. si nudos uestias. nec  
ipsis pauperib? quos pascis aut uestis supiorē  
te credas. tanq̄ ideo potior sis q̄ plura cōtemp-  
seris. frustra enim cōtēnis facultates tuas. si no-  
xias iactantie teneas in corde diuitias. **P**lures di-  
uitias zacheus p̄ xp̄o dicitur impendisse pauperi-  
bus. p̄ quo uilissima retia reliquit petrus & nauē  
& tamen a xp̄o non zacheus diues paup̄ petro. s;   
pauper petrus diuiti zacheo p̄ponitur. ut diuiti-  
bus xp̄i nulla de cōtempis diuitiis iactātia nasce-  
retur. **I**n opibus bonis laudet te quidēz humana  
lingua. sed tu laudem a solo deo desidera. **S**ic fiet  
ut dum tu laudem ab hominib? non quesieris. de-  
us laudet in operibus suis. **CX.** **D**e com-  
mendatōne uirginitatis ac de ieiunio et lacrimis.

**Idem ad pbam de uirginitate et humanitate.**

**U**irgo dicitur quali uirago. uirago autēz  
dicitur a uiro. & uir a uirtute. **C**laēt ita-  
q; inter ceteras ecclesie donatōnes. illi?  
p̄cipuum mun? spūalis esse carismatis. ubi uirt?  
ip̄a integritatis p̄fectio meretur uocabulo cen-  
seri uirtutis nec in eo q̄ uirginalis integritatis agno-  
scimus culmen. pudicicie cōiugalis asserim? crim?  
**S**ed sactam uirginitatem dicim? merito potiore  
distare a cōiugali uita. quātum distat a bois me-  
liora. a terrenis celestia. a carne spūs. ab ifirmica  
te uirtus. **N**ec dicere dubitam? tātū a sancta uir

gmitate carnis et spūs. fidelium cōiugatorū licet  
a deo cōcessum distare cōcūbitum. quātū similitu-  
do pecozū ab imitatōne discernitur angelozum.  
**I**n uno quippe ad terram spūs terrena carnis vo-  
luptate dep̄mitur. in altero terrena caro celesti d  
lectatōne spūs ad celestia subleuatur. **I**eiuniis sic  
est adhibenda temperies. ut corpus nostrū nec sa-  
turitas excitet. nec inedia imoderata debilitet. Sa-  
turitas facit ut inaniter ieiunemus. debilitas ne  
ieiunare possimus. **V**estis talis sit sacre uirginitas  
que testis existat intime castitatis. **V**irgo que pa-  
rat inuentibus illecebrā. non habet castitatem ue-  
ram sed uirtutū splēdore spoliatur animam suam.  
**H**ec fidem non suat xp̄o. que populo magis que-  
rit placere q̄ sponso. **I**dem ad eandem de ora-  
tōne et cōpūctōne. **H**umilium fletus. magnus ē  
cōcupiscentie carnalis interitus. lacrimę quoq; q̄  
ex cōpūctōne cordis ueniunt. et inimicū uicē  
et nobis donum leticie triūphalis acquirunt. **I**n  
celesti uero patria non minor erit laudatione no-  
stra delectio. nec inferior dilectōne laudatō.

CXI

**De quibusdā alijs moralibus dictis eiusdem**  
**Idem ad theodorū senatorē.**

**Q**uāntum iesse luctuz dyabolo putas. q̄  
a te cōtempū p̄spicit mūdum. et te cō-  
uersū agnoscit ad xp̄m. **Q**uāuis enim  
xp̄us equaliter sit cūctis fidelibus mortu? tamen  
cōuersio potētū seculi militat acquisitōnib? xp̄i  
**I**n deo nichil deest. quia in illo totū est. nichil ibi  
sup̄est. quia nichil p̄ter illum est. **S**i qui ergo re-  
rum temporalium amore cōtempo in illius dilecti-  
onem trāseunt. in illo pleni sunt. in quo nullo iōi-  
getur. in illo securi i quo nichil timeretur. in eo re-  
ro gloriosi. cuius gloria non aufertur. **Q**uā mā-  
datozum currere delectaris. non hoc tibi dat na-  
tura sed gratia. **N**am et oculus sic fact? est ut ui-  
dere lumen possit. sed uidere non potest nisi se il-  
li lumen infuderit. **Q** ergo uidet oculus. benefici-  
um ē lumis quo si caruerit cecus manebit in tene-  
bris. **N**il itaq; tibi boni tāq̄ tuum assignes. ne nō  
accipias quod accipere poteras. et quod accepas  
ppas. **D**etestabilis est cordis hamani supbia. qua  
facit homo quod deus in hominib? damnat. sed il-  
la detestabilior. qua sibi tribuit homo quod deus  
in hominib? donat. **D**ānabilis est qui substantia  
seculi male utitur. sed dānabilior qui spūalib? do-  
nis supbus effertur. **I**dem ad uenāciā de peni-  
tentiā et spe indulgentie. **N**on est p̄fecta boitas  
a qua non omnis malicia uincitur. hec non est p̄-  
fecta medicina cui morbus aliquis incurabilis in-  
uenitur. **N**emo igitur de medico despans i ifirmi-  
tate remaneat peccati. quia dicit ap̄tus p̄ impiis  
mortuus est. **S**alubris cōuersio duplici ratōne s̄-  
sistit. si nec penitentiā sperātem. nec spes deserat  
penitentem. **S**i diuturnitas peccatorū misericordi-  
am uinceret. non in etate mūdi nouissima xp̄? ue-  
niret ut peccatū mūdi peuntis auferret. **Q**uacūq;  
ergo quis etate uocatus. si benignitatem dei vo-  
catis non spnat. necesse ē ut denariū uite accipiat.  
**N**ec unq̄ est penitentiā apud deū sera. in cui? cō-  
spectu semp p̄ presentibus habent tam preterita  
q̄ futura. **A**ctor. **H**ec ad p̄fens de illius di-  
ctis sufficiant. **V**sq; ad hoc tempus gennadius li-  
brum suum de illustribus uiris pouxit. qui prebi-  
biter massiliensis fuit. **H**ec de temporib? zenonis  
sufficiant imperatoris.